

gracia, quia clemens et pius fuit, *clemencia* sibi *preparabit vitam*, Pr. XI^o, 19. Quod anime concedat qui vivit et regnat^k in secula seculorum Amen.

II.

Predigt Nr. 13 des Heinrich von Wildenstein, entworfen in Prag am 30. Dezember 1378 und gehalten in Leitomischl anläßlich eines Gedenkgottesdienstes für Kaiser Karl IV.

Mortuus est senex plenus dierum, Iob ultimo. Reverendissimi patres et domini, si scripturarum abdita velimus perlustrare, patebit evidenter, quod ille,

qui in mundo propagatur vite fruens sorte,
 qui potenter dominatur carus in cohorte,
 qui largus dives nominatur, cuius patent porte,
 qui iniustis adversatur per certamen forte,
 hic a nobis absentatur sevientem morte.

De primo 2 Rg. 14, 14: *Omnes morimur, et quasi aque dilabimur in terram^l, que non revertentur*. Pro 2^o: *Hodie est rex et cras morietur* [Eccli. 10, 12]. Pro 3^o: *Mortuus est dives* [L. 16, 22]. Pro 4 nota de Phines, David et Osia. Quapropter dicit Petrus (fol. 63^v) Blesensis super thematis verbo¹⁵): *Universas felicitates hominum mors concludit, quia cum predicaveris fidem Abrahe, pietatem Ioseph, caritatem Moysi, fortitudinem Sampsonis, zelum Phinees, virtutem David, Elyzei miracula, prudentiam et divicias Salomonis^m, semper extrema gaudii^m luctus occupat finemque hystorie ⁿfinis hominis facitⁿ, atque omnium una est conclusio: et mortuus est*. Hec ille B[lessensis]. Nota probationem in fine sermonis¹⁶). Et sic patet maior propositio, quam pro tanto in mei sermonis exordio premisi, quoniam cesar augustus dominus noster Karolus

de hoc mundo iam migravit ad suum creatorem;
 periturus demonstravit hunc seculi honorem.
 Opes modo resignavit pecunie et valorem.
 Ad mortem usque decertavit iusti ob amorem.

k) regna Ms.

l) terra Ms.

m) Fehlt Ms.

n) hoim mit Kürzungsstrich Ms.

¹⁵) Migne PL 207, 824.

¹⁶) Siehe unten S. 222.